

II.1.1

[1r] MCCCCLXXXIII^a, indictione prima, die veneris XXV mensis aprilis.

Nobiles et egregii viri domini Bartholomeus de Scharlionibus, filius quondam domini Viviani porte Ticinensis parochie Sancti Petri in Caminadella Mediolani, prior capelle Conceptionis beatissime virginis Marie constructe in ecclesia Sancti Francisci Mediolani; et una cum eo nobiles domini Iohannes^b de Sancto Angello, filius quondam domini Bertolamei porte Vercelline parochie Sancti Iohannis supra Murum Mediolani, dominus Lanzialotus de Incaxate¹ filius quondam domini Iohannis porte Ticinensis parochie Sancti Michaelis ad Cluxam Mediolani, dominus Iohannes de Coyris filius quondam dominis Azonis porte Vercelline parochie Sancti Nicolai intus, dominus Beltramus de Platis filius^c domini Antonii porte Ticinensis parochie Sancti Viti Mediolani, dominus fra de Mantegatiis filius quondam domini Boschini porte Ticinensis parochie Sancti Ambrosii in Solayrollo Mediolani, dominus Luchinus de Palfer[i]is filius domini Iohannis, porte Vercelline parochie Sanctorum Naboris et Felicis Mediolani, dominus Simon de Barziis filius quondam domini Aluisii porte Ticinensis parochie Sancti Laurentii Maioris intus, et dominus Iacobus de Petrasancta filius quondam domini Pauli porte Ticinensis parochie Sancti Vincentii in Prato intus, Mediolani; omnes scollares et de consortio et universitate aliorum dominorum scollarium dicte Scolle, suis nominibus propriis, ut scollares et item nomine et vice et ad partem et utilitatem aliorum dominorum scollarium dicte Scolle promisserunt habere ratum et non contravenire etc. pro una parte, et dominus magister Leonardus de Vintiis, filius domini Petri Florentinus^d, pro una alia, domini Evangelista et Iohannes Ambrosius fratres de Prederiis, filii quondam domini Leonardi, porte Ticinensis parochie Sancti Vincentii in Prato intus, pro una alia parte seu aliis pluribus et diversis partibus et quilibet eorum in solidum, ita quod quilibet eorum in solidum teneantur etc. cum renuntiis novarum constitutionum.

[1v] *Voluntarie etc., omnibus modis etc., fecerunt et faciunt inter sese presentes et stipulantes suis et dictis modis omnibus quibus infrascripta pacta, conventiones et acordia inviolabiliter [attendenda et] observanda [inter dictas] partes, videlicet:*

Primo, quod prefati domini prior et scollares dicte Scolle teneantur et debeant ac obligati sint dare et tradere anchonam capelle suprascripte dictis magistro Leonardo et dictis^e fratribus de Prederiis et cuilibet eorum ad fabricandum per modum et formam infrascriptos^f.

Et dicti magister Leonardus, Evangelista et Iohannes Ambrosius et quilibet eorum in solidum ut infra^g, teneantur et debeant, ut promisserunt sub obligatione sui et omnium suorum bonorum ut supra et in solidum etc., fabricare dictam anchonam cum pactis, modis et formis suprascriptis et attendere, observare, adimplere in omnibus et per omnia prout in dicta lista continetur, et quam quidem anchonam fabricatam modo et forma predictis; predicti magister Leonardus et dicti fratres de Prederiis promisserunt dare dictam [2r] anchonam fornitam et fabricatam hinc ad festum Conceptionis beate virginis Marie, que est die VIII mensis decembris proximi futuri; pro qua anchona fabricata ut supra, prefati domini prior et scollares suis et dictis modis et nominibus quibus ut supra teneantur et debeant ac promisserunt pignori dictis magistro Leonardo cum predictis fratris de Prederiis [ibi presentibus et] stipulantibus etc., dare et solvere pro dicta fabricatione libras octocentum imperialium bone monete Mediolani etc., et ilud plus a dictis libris octocentum supra (manserit)^h oportune declarationis venerabilis

domini fratris Augustini de Ferariis et duorum ex scholaribus dicte Scolle qui eligantur post fabricationem dicte anchone, quam anchonam predicti magister Leonardus et dicti de Prederiis teneantur et obligati sint vallori librarum octocentum imperialium et melius et ipsam manutenere ad dictum pretiumⁱ dictam anchonam laudabillem per annos decem ad minus^j proximos futuros ad quam teneantur etc.

Pacto quod si accidet predictum magistrum Leonardum recedere a presenti civitate Mediolanensi ante fabricationem dicte anchone, quod sit in ellectione dictorum dominorum prioris et scollarium dare et tradere dictam anchonam ad fabricandam aliis personis prout sibi videbitur, absque eo quod dicti domini prior et scollares teneantur ad aliquid versus dictum magistrum Leonardum nisi ad ratam illius operis quod reperietur fabricata ut supra.

Item pacto quod^j predicti magister Leonardus et predicti de Prederiis teneantur ac obligati sint accipere aurum pro fabricatione dicte^l anchone a prefatis dominis priore et scollaribus usque ad summam librarum trium et soldorum decem imperialium pro quolibet zentenario et pro illo minore pretio prout^m declarabitur et visum fuerit prefatis dominis priori et scollaribus dicte Scolle; ita quod prefati domini prior et scollares possint et valleant expendere in auro ad computum librarum trium et soldorum decem imperialium pro quolibet zentenario ut supra.

Item pacto quod, respectu auriⁿ, predicti magister Leonardus et fratres de Prederiis^o teneantur ponere in laboriero; in usum^p respectu reliquorum^q possit facere et laborare ad eius domum habitationis vel ubi voluerint et sibi videbitur. [2v] *Quas quidem libras octocentum imperialium prefati domini prior et scollares teneantur et debeant dare et numerare dictis dominis magistro Leonardo et fratribus de Prederiis in terminis et per terminos infrascriptos, videlicet libras centum imperialium hinc ad chalendas mensis maii proximi futuri, libras quadraginta imperialium de mense iulii proximi futuri et deinde libras quadraginta imperialium omni mense post dictum mensem iulii durante fabricatione dicte anchone et donec^r erit facienda integrallis solutio de dictis libris octocentum; et ulterius quod prefati domini prior et scolares teneantur et debeant dare et tradere seu dari et tradi facere aurum de mense in mensem prout atendetur^s laborare et quod quidem pretio dicti auri computetur in precio dictarum librarum octocentum imperialium.*

Renuntiando etc.,

quare predictae partes promisserunt atendere, observare, adimplere in omnibus et per omnia et prout supra continetur.

Sub pena declaranda per venerabilem dominum fratrem Augustinum de Ferariis guardianum dicti monasterii Sancti Francisci, quem ex nunc per presentes eligerunt et deputaverunt ut supra.

et extendatur cum pactis executivis etc.,

et quod^t presens instrumentum pluries possit expleri etc.

Actum in monasterio Sancti Francisci Mediolani, videlicet in orto forasterie dicti monasterii, presentibus Donato et Christophoro pro notariis.

Testes dominus Daniel de Coyris, filius quondam domini Iohannis porte Vercelline parochie Sancti Nicholay intus, Abondius de Carabellis, filius quondam domini Carabelli porte Vercelline parochie Sancti Petri intus Vineam Mediolani notus, Augustinus de Fondutis de

Crema, filius domini Iohannis porte Ticinensis parochie Sancti Maurillii Mediolani, omnes idonei etc. civitatis Mediolani.

^a Nel margine sinistro, di mano del notaio: extensa in libro signato Iupiter – ^b Segue Angell depennato. – ^c Segue quondam depennato, come pare. – ^d Segue habitator in civitate Mediolani depennato. – ^e Segue dictis dilavato come pare. – ^f Nel margine sinistro ponatur tenor liste ut supra subscripte de manu (aliquorum) ex ipsis (scolaribus) et dictorum magistri Leonardi et duorum fratrum de Prederiis. – ^g infra corretto in seguito dalla stessa mano su supra. – ^h manserit in interlinea. – ⁱ Segue et quod dictam manutenere depennato. – ^j Nel testo minius; ad minius aggiunto in interlinea su annos depennato. – ^k Su quod segno abbreviativo depennato. – ^l dicte in interlinea su de depennato. – ^m prout in interlinea su quod depennato. – ⁿ auri in interlinea su gessari depennato. – ^o Segue in domo aliquibus eorum depennato. – ^p Segue respectu depennato. – ^q reliquorum in interlinea. – ^r Segue est depennato. – ^s Nel testo atedetur senza segno abbreviativo. – ^t Su quod segno abbreviativo depennato, come pare.

¹ Il nome «Lanzalotus de Inca xate» è stato individuato e verificato sulla base del confronto con altre imbreviature dello stesso notaio; cfr. anche Albini 2019, p. 310.

[3r] Yesus

Lista de li hornamenti se anno a fare al'anchona dela Conceptione dela gloriossa Vergene Maria posta nela chesa de Sancto Francesco in Milano.

Primo, vollemo che tuta l'anchona, videlicet li capitolli intaglie con li figure, ecepto li volti, ognia cossa sia posto a oro fino de pretio de lire VI, soldi X pro centenario.

Item la nostra Dona nel mezo, sia la vesta de sopra brocato d'oro agurlo tramarino.

Item la camora brocato d'oro de lacha fina in cremesi a olio.

Item la fodra dela vesta brocato d'oro verde a olio.

Item li zarafini poste de senaprio sgraffiati.

Item lo Deo padre, la vesta de sopra brocato d'oro agurlo tramarino.

Item li angolli sieno hornati sopra l'oro, li camesi invernisi in la foga grecha a olio.

Item le montagne e sassi lavorati a olio divisati de più collori.

Item li quadri vodi sieno angolli *IIII per parte differentiati de l'uno quadro e l'altro*, videlicet uno quadro che canteno *et l'altro che soneno*.

Item in tucto li altri capitolli dove sia la nostra Donna sia ornata come quella de mezo et li altre figure grege hornati de diversi colori ala foga grega o moderna che sieno in tucta perfectione cossì li caxamenti, montagne, sufiste, piani de dicti capitolli et ognia cossa facta ad olio; et de reconzare l'intagli che non stiano bene.

Item le sibillie hornati, li campi facte ad una cuba in forma de caxamento e li figure, le veste, differentiate l'una de l'altra tucte facte ad olio.

Item li cornixonii pilastrati, capitelli et ognia intaglio posto d'oro come è dicto de sopra, senza alchuno collore nel mezo.

Item la tavolla de mezo facta depenta in piano la nostra Dona con lo suo fiollo e li angolli facta a olio in tucta perfetione con quelli doy profecti vanno depenti piani con li colori fini, come è dicto de sopra.

Item la bancheta hornata comme li altri capitolli de intorno.

Item tucti li volti e le mane, ganbe che sonno nude, sieno colorite a olio in tucta perfetione.

Item e(l) logo dove è lo putino sia messo d'oro lavorato in guisa de gradiza.

Ego Bartolomeus Scarlionus prior in testimonium ut supra subscripsi.

Iohannes Antonius de Sancto Angello subscripsi.

Io Lionardo da Vinci in tesstimonio ut supra subscripsi.

Io Evangelista Predi subscripsi.

Iohanes Ambrosius de Predis subscripsi.